



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis Pverilis

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1543

VD16 M 2628

Quae sunt bona opera huius paecepti?

urn:nbn:de:hbz:466:1-33561

etiam ne cor nocere cupiat. **S**ic interpretatur le-
gem Christus Matth. 5. et requirit perfectam
obedientiam.

**Quæ sunt bona opera
huius præcepti?**

Duplicia sunt, politica et spiritualia. Politici-
cum est, abstinere ab externa cæde, non iuuare,
non approbare iniurias corporum, defendere
eos quos tueri debemus. **H**æc est politica iustitia
que existere potest etiam in impyis, et requirit
eum Deus, ac retinet pacis publicæ caussa, et or-
nat corporalibus præmijs, ut, iusta bella geren-
tes defendit, ut Romanis dedit imperium. **I**nterio-
ra opera sunt in timore Dei, et fide et agnitione
Christi, uelle obedire Deo in hoc præcepto,
uacare odio, maluolentia, cupiditate nocendi,
dolere uicem eorum qui iniurijs afficiuntur, habe-
re uoluntatem defendendi et iuuandi alios, esse
placabilem, non esse tenacem simultatum aut of-
fensionum, non esse cupidum uindictæ.

Est ne licita uindicta?

Vindicta mandata magistratibus, est opus
quod fit autoritate et mandato Dei iuxta
leges. Ideo propriè et ucrè pertinet ad
hanc sententiam, **M**ihil uindicta et ego retribuā,
F **A** **id est,**